Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

indigenis sue pietatis miracula
qui per benedictionem quondam sancti wil
librordi patris nostri ex quatuor flasco
l. ix nibus xl viros saciare dignatus est.
tantum cum gratulacione in spe bibamus
quod habemus. Primo et secundo de eodem
flascone omnes biberunt fratres. sed in
venta est a ministro ita plena ut
ante. Hoc audito abbas cum fratribus
deo agere gratias satagebat. biberunt
que congratulantes divine clementie. illa
nocte cum sobrietate et leticia quantum
voluerunt. O felix pater qui talem
generat filium. qui tali herede a deo
dignus habebatur. in quo benedictio
illa impletur que in deuteronomio le
gitur. benedictus tu et benedictus fructus
ventris tui.

Licet per totius orbis ecclesias conveniat omni
populo christiano. sanctorum festa celebrare et
victorias laudare vitam imitari. et
quia in omnem terram exivit sonus
eorum. et in fines orbis terre verba eorum.
in omni terra consona cunctorum con
venientium voce laudandi sunt. et tamen
singulis in locis propter familiarita
tem cohabitacionis cuiuslibet illorum
et propter presenciam sanctarum reliquiarum. que in
solacium illis vel illis condonate sunt
habitatoribus specialiter quadam vene
ratione apud cives suos familiarius
honorantur. Igitur roma urbs orbis
caput beatissimorum apostolorum petri et
pauli specialius quodammodo gloriosissimis
letatur triumphis. Unde ad eam gen
tes et populorum turba cum devoto pecto
ris officio quotidie concurrunt. ut
maiori quisque apud beatos apostolos fi
dei compunctione. vel sua defleant
crimina. vel celestis vite habundan
tiori spe sibi aditum aperire deposcant.
Mediolana olim civitas in populis
sancto ambrosio gaudet defensore. Al
pes agaunne sanctorum thebeorum felicius
sanguine quam in vili peritate
exaltant beati. Fecunda pictavis beati
hilarii pontificis reliquiis exultat
quam venditionum et emptionum alter
catione in quibus sepe versatur iniquitas.
Quid de te turonica loquar civitas.
Muris quidem parvula et despecta
bilis es. sed sancti martini patroci
niis magna et laudabilis. Quis
te vel propter te adierit. Nonne propter
illius certissima suffragia turbe
ad te confluunt christianorum. Omnia
parisiace civitatis suburbana sancti
dionisii vel sancti germani magnificas
iocundant auxiliis. et festivos illorum
dies maiori populorum concelebrant fre
quencia. Tota campania cum populis
suis propter remedium venerabilium pre
dicatorum ad romanam festinat ur
bem apud eum qui presenti patrono su
a vota ferentes. Sic divina cle
mentia toto consuluit mundo dans
singulis provinciis vel populis quo
speciali gauderent patrono. Nobis
vero sanctissimi willibrordi non infi
ma donavit auxilia. sed preclara
et gloriosa contulit suffragia. Gau
deamus dilectissimi fratres in domino. et spirituali
iocunditate letemur qui nobis talem
perdonavit doctorem iusticie precepto
rem unanimitatis nostre ductorem
qui nos in hoc sanctissimum ovile
congregavit. et pietatis magisterio
erudivit. Gaudeat et nobiscum
omnis populus qui ad natalicia sanctis
simi patris hodie concurrit. et apo